

G ciders, & ita absoluitur in 7. & 8. Primæ philosophiæ: unde isti libri appellantur tractatus de Substantia, & de Ente: ut patet per Philosophum in principio. Primæ philosophiæ. Secunda uero pars tractat de diuisione entis prima, quæ est per potentiam & actum. & ita absoluitur in 9. Primæ philosophiæ. Tertia uero pars tractat de prima diuisione entis, quæ est per unum, & multa, & ita absoluitur in 10. Primæ philosophiæ. & ita est sententia Auer. in suo prologo super 7. Meta. ita quod uult omnes alios libros ante septimum esse preparatorios. Et nota quod omnes isti tres diuisiones sunt extra animam, & omnes sunt primæ in suo genere. nam sicut alias dixi, quemadmodum sunt decem generata generalissima, tanquam decem prima rerum principia, ut inquit Porphyrius in ca. de specie. & unum quodque generalissimum est primum in suo genere, scilicet unaquæque ex istis diuisionibus entis est prima in suo ordine. unde loquendo de prima diuisione entis quæ est per quidditates. ista est prima qua diuiditur ens extra animam in substantiam, & accidens. unde ista est diuisione entis absolute sumpti, & non cadit sub opere animæ. ut dicit Auer. nam omne ens extra animam, aut est substantia, aut est accidens. Diuisio autem entis per potentiam & actum est prima inter diuisiones entis quæ dantur per relatiue opposita. sic enim actus & potentia sunt primæ entis differentia, & sunt ualde oppositæ, & circuit omne genus. opponuntur enim relatiue, ut patet. Primæ philosophiæ in text. cō. 11. unde omne ens extra animam, aut est substantia, aut accidens, & omnis substantia uel accidens, aut est actus, aut est potentia. Diuisio autem entis per unum, & multa est prima inter diuisiones, quæ dantur per priuatiue opposita. Pro quo animaduerte, quod diuisiones entis sunt multiplices, alique enim sunt per differentias substantiales, intellegendi per differentias substantiales quidditates, seu partes subiectiuas, in quas diuiditur ens, sicut est substantia & accidens. sic loquitur Auer. in 2. Phy. cō. 4. dum dicit quod substantia, & accidens sunt de primis differentis entis, alique uero sunt per relationes, alique per priuationes & habitus, ut testatur Cōmē. in 3. dispu. in lib. Destructionum in solutione 14. dubii. unde unum & multa opponuntur priuatiue secundum Cōmē. 10. Meta. cō. 8. Nam unum non superaddit nisi in diuisionem supra ipsum ens, ut dicit etiam 4. Meta. cō. 3. unde cum omnia cōtraria habeant reduci ad priuatiue opposita. semper enim unum cōtrariū se habet, ut habitus, & reliquum ut priuatio: ut dicitur 10. Meta. text. cō. 1. pro hoc facta autoritas Philosophi in 4. Meta. in text. cō. 4. ubi Aristot. habet in text. 7. etiam referuntur omnia contraria ad principium illud. scilicet ad unum. quod bene etiam pondera ut in 2. Thomas in 4. Meta. in lectione. 2. super expositione ne text. cō. 4. unde significatio unitatis entis est significatio priuatiua: ut dicit Auer. in locis adductis. unum enim cum consequatur ens, & addat modum qui est priuatio diuisionis ratione talis modi opponitur multitudini, & illi non opponitur ens, & sic unum diuidit ipsum ens, sed alia & alia ratione. nam ut significatio naturam eandem sic conuertitur eū ente, & adquat ut illi. sed ut addit modum in diuisionis sic opponitur multitudini, & sic fit entis diuisium, sicut bene notauit magnus Albertus. Meta. trac. 1. cap. 5. R. edeamus igitur ad declarationem propositi Theorematis, & dicamus quod omnia entia, uidelicet extra animam, aut substantia, aut sunt accidentia, aut sunt uia ad esse istorum, & uniuersaliter sunt transmutatio ubi animaduerte unum quod est subtile ualde, quod licet secundum rem non detur mediū inter substantia, & accidens, tamen bene potest dari mediū secundum rationem formaliter loquendo, quia uia ad substantiam forma liter loquendo, non est substantia, nec uia ad accidens forma liter loquendo. unde Cōmē. 3. Phy. cō. 4. scribit, quod motus licet dum consideratur in quantum non differt à perfectione ad quā uadit nisi secundum magis, & minus, necesse est ut sit de genere illius perfectionis. motus enim nihil aliud est quā generatio partis, post aliam illius perfectionis ad quā intendit motus, donec perfectiatur & sit in actu. unde necesse est ut motus qui est in substantia inueniatur in genere substantia, & motus qui est in quantitate in genere quantitati.

H
Diuisiones entis multiplices.

I
Quomodo unum uidetur ens & cōuertitur eū ente

Et similiter qui est in ubi, & qualitate, tamen motus secundum quod est uia ad perfectionem quæ est alia ab ipsa perfectione, necesse est ut sit gener per se. uia enim ad rem est aliud ab ipsa re formaliter loquendo, sic enim se datur contradictio in cō. 9. 5. Phy. ubi uidetur dicere oppositum, ut alias declarauit. sic igitur licet secundum rem nihil mediū inter substantiam, & accidens, potest tamen aliquid mediare secundum rationem formalem. & hoc etiam affirmat Albertus cognomento magnus super 5. Phy. in expōne text. cō. 1. ubi dicit quod aliud est dum cōsiderantur res oppositæ quæ sunt substantia, & accidens, & per se, & per accidens, & aliud dum considerantur modi substantia, & modi accidentis, & modi eius quod est per se, & modi eius quod est per accidens. in rebus enim nihil est mediū, sed in modis accidentis, & eius quod est per accidens nihil prohibet aliquid esse uicinius substantia, & in modis substantia aliquid esse uicinius accidenti. unde etiam differentia substantialis licet secundum rem sit substantia, habet tamen modum quantitati. nam inter alias acceptiones qualis enumeratur differentia substantialis, ut patet in 5. Primæ philosophiæ in cap. de quali, & genera accidentium, licet secundum rem sint accidentia, habent tamen modum substantia, quia prædicantur in quid & per modum per se stantis. unde Aristot. 1. Topi. cap. 7. scribit, quando colore albo posito dixerit, quod posuit esse album, uel colore quid est dicit, & quale significat. similiter autem & si bicubi tali magnitudine posita dixerit, quod posuit esse bicubitalium magnitudinem, esse, & quid est dicit, & quantum significat. Et ex hoc incidentaliter defendere possunt Auer. ab argumentis diui Tho. de formis elementalibus, de quibus testatur 3. Cœli, & mundi. cō. 67. quod intenduntur & remittuntur in substantiam suam in suis quantitatibus, & quod sunt mediæ inter substantiam & accidens. sunt enim imperfectissimæ utpote primæ materiae propinquissimæ, sed inquit diuus Tho. in primo de Genera. & corrup. in expositione, & digressionem super text. cō. 4. quod ista opinio est impossibilis. Primo quidem quia esse aliquid medium inter substantiam & accidens est omnino impossibile. esset enim aliquid medium inter affirmationem & negationem. proprium enim accidentis est in subiecto esse substantia uero in subiecto non esse, formæ uero substantiales sunt in materia, sed non in subiecto. nam subiectū est hoc aliquid. forma autem substantialis est quæ facit hoc aliquid, non autem præsupponit ipsum. Amplius ridiculū est dicere medium esse inter ea quæ non sunt unius generis, ut probatur. in 10. Meta. medium enim & extrema ex eodem genere esse oportet: nihil ergo medium esse potest inter substantiam, & accidens. unde impossibile est formas elementorum suscipere magis, & minus. omnis enim forma recipiens magis & minus est diuisibilis per accidens, in quantum subiectum potest eā participare, uel magis, uel minus. secundū autē id quo esse diuisibile, uel per accidens, uel per se cōtingit esse motum continuum, ut patet in 6. Phy. igitur formæ substantiales elementorum suscipiunt magis, & minus, tam generatio quā corruptio erit motus continuus, quod est impossibile. nam motus continuus non est nisi in tribus prædicamentis. scilicet in quantitate, qualitate, & ubi. Dicimus nos per defensionem Auer. quod formæ elementales secundum rem sunt substantia, tamen participant modū aliquem accidentis, sicut differentia substantialis secundum rem est substantia, tamē participat motū quantitati, quia in quale prædicatur inter res. igitur quæ sunt substantia, & accidens, nihil mediatur, quia omne ens extra animam, aut est substantia, aut accidens, tamen in modis substantia aliquid esse potest uicinius accidenti, sicut in modis accidentis aliquid est uicinius substantia. multa enim uerificatur secundum rationem abstrahentē in qua non est mendacium. 2. Physicæ auct. text. cō. 8. quæ tamen non sunt diuisa in esse. nam ut scribit Auer. 2. Diuinorū cō. 3. intellectus natus est diuidere ea quæ sunt adunata in esse. Nec illo modo sequitur dari medium inter affirmationem, & negationem, quia negatio inherendi non constituit intellectū substantia, nec affirmatio intellectum accidentis quantum ad inherere, ut scribit Auer. in secundo super primæ Philosophiæ. Amplius

K
Alber. Ab.
L
R. G. Mend.
Th. ad.
us. Am.
M
Defens.
Auer.